



Aug VI 182

Occasionalia  
p. 111  
vol. 22  
W-182.

W-182



**Honores Summos,**  
 quos  
**in Philosophia**  
 Summo cum applausu,  
 Vir - Juvenis,  
*Virtute ac Scientiarum laude conspicuus,*  
**DN. IOH. CASPAR**  
**KRAUSIUS,**

Rosweina - Misnicus,  
 In celeberrima Vitembergensium Academia

Die 16. Octobr. Anno 1705.

obtinuit,

Ipsi, ut quondam  
 Discipulo non tam, quam filio svavissimo,  
 jam Amico integerrimo,  
 gratulari voluerunt  
 olim & nunc

**Praeceptores Fidelissimi.**



VITEMBERGAE,

PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.



lerii risere chori. Præfagus obivit  
Cuncta nitor. Celebrant prænuncia festum  
Gaudia. Concussis sonuerunt plausibus astra.  
Digna dies, cumulentur ubi plaususq; precesq;  
Et quo tangatur digitis currentibus Orpheus.  
Præmia distribuit Sapientia, præmia quisquis

Ambrosiam puro bibit ore recepat alumnus,  
Quæ neq; dente suo tempus rapidove furore  
Omnia perfringens tempestas atteret unquam,  
Sed, velut ipsa manet Sapientia, firma perennant.  
Scilicet omnis homo semper pallentis imago  
Lunæ. Nunc plenam tenuando contrahit orbem,  
Nunc sua producit torquendo cornua Phœbe.  
Non tamen igne suo tenebrosas discutit umbras  
Sidereasve acies obtundit; lumine fratris  
Arcton per tacitam nodisq; silentia splendet.  
Hæc natura hominum. Crescant curvæq; senecta  
Decrescunt nullosq; suo splendore coruscant.  
Sed si quos lucis radios mortalia fundunt  
Pectora, flagrabunt alieno clara nitore;  
Seu niveis virtus alis delapsa per astra  
In penetrale animi tantum iubar indidit, alta  
Lampade seu nostram illustrat sapientia mentem.  
Hæc sunt, quæ cæcum spissa caligine pulsa  
Pectus ad astra levant, quod denso pondere pressum  
Repit humi & totum solis cœcutit ad ignem.  
Nam cum contingit sacros hausisse liquores,  
Quos Aganippus fons ubere flumine spargit,  
Continuo impatiens terræ mens æthera tranat.  
Et veluti pullos aqvilæ veloce volatu  
Soli explorandos portant, visuq; coruscas  
Ferre docent flammæ: Sic nectare Palladis usus  
Alas, quas animis docti affinxere coloni  
Telluris Phariæ, stimulat, sublimia quærens.  
Quos igitur virtus atq; huic sapientia iuncta  
Concordi passu comitantur, ad æthera tollit.  
Hos æternus honos. Etenim licet omnibus horum  
Major fors sibi met sit præstantissima merces,  
Indiga nec laudis nec lauri, præmia spernat;  
Attamen hæc illam semper sectantur ut umbra  
Solem: nescit enim, nescit sub nocte latere,  
Ceu scintilla vibrat primo, mox clarior altas  
In flammæ surgit, grandemq; adolescit in ignem, *Quem*

Quem nequit ingeni Boreas extinguere flatu,  
Aut rapidus torrens, tumefactis imbribus actus.  
Hæc dicat genius Tuus, o charissime FILI,  
(Non aliud nomen mavis, licet addere vellem)  
Quem Musæ Charicumque manus finxere nec ullum,  
Qvo magis ornarent, intermiscere decorem.  
Cui semper docti parvæ sacraria Pindi,  
Quæ Tibi secreti quicquid meditatur Apollo,  
Quicquid in arcano vulgum nescire recessu  
Maluit, & rerum, quæ sunt, penetralia, pandunt.  
Et mihi certa fides debetur, namque licebat  
Te formare mihi meliusque effingere mores.  
Seu Latium arripit, Latiam comprehendere lingvan,  
Sic erat in promptu, sic ut luisse putares.  
Seu juvit Graji quassare Demosthenis arma,  
Aut quæ Socratico mire fluit ore voluptas,  
Cuncta capax animus felici Pallade fixit.  
Seu placuit sermo, cui gens afflevit Ebræa,  
Aut qui stellarum sedem explorare polique  
Sideream faciem soliti, non tardius illum  
Imbibit ingenium. Tacitus sed cetera mirro.  
Hoc decus ingenii, Mentem quoque pluribus ornant  
Dotibus eximia virtutes. Cultus amorque  
Quæc Tu, mi FILI, complecti quemque solebas  
Et me præcipue, cunctos rapuere, patremque  
Ut me cepisti venerari, pergis & a me  
Expectis haud aliud, quam dulcia nomina filii.  
Finieras Toræ cursum cum laude peractum,  
Hinc mature abiens pervisti Academica recta  
Majorem orsus felici fidere telam;  
Quam quo successu detexeris, edocet illa,  
Qua jam vinciris laurus. Sic præmia tandem  
Respondent meritis! Tibi erat sapientia semper  
Et labor & studium, tandem pulcherrima merces.  
Te manet & serro redimit sapientia crines.  
Lætor, & ut nunquam me, mi charissime KRAVSI,  
Spes de Te fallit, sic sum certissimus augur,  
Et jam pro votis animi præfagia scribo:  
Cum comes & virtus & cum sapientia cura  
Sit Tibi, FLOS juvenum, ut servato more futura  
Præteritis æquæ sint congrua, tradet honorem  
Alter honos, dubiasque vices fortuna fagabit:  
Ut quo cultores Sapientia fenore ditet

Expe-

Expèriare suos, & jam mea dicta patefcant:  
Nemo quod proprio clarus fulgore nitescat,  
Sed densas quivis aliena luce tenebras  
Pellat, quam virtus, & quam sapientia donat.

*Hic Discipulo suo aliquando & Esio charissimo, Amico & discipulo gratulatur*

M. Godfried Steinbrecher,  
Rector Torgav.

**E**Rgone jam scandis, KRAUSI, quo Te trahit alma  
Virtus? cui faver hæc, serpere nescit humi.  
Lator ego merito, mea p'v'od prælagia mentis,  
Memet non fallant, gratulor atqve Tibi.  
Doctos, quondam æqua perpendens lance, labores  
Parnasso in nostro, svavis AMICE, tuos:  
Nil aliud, credas mihi, divinare valebam  
Quam doctæ fronti, lauta brabea, tua.  
Quisquis enim Eusebium reclamat, fugitatqve Vacuam,  
E choro Apollineo, dignus honore manet.  
Hoc Tu testaris, capiendo præmia, lætus,  
Quæ dudum meruit, Mula modesta tua.  
Tandem, sit bene sub viridi Tibi pondere Lauri,  
Donec Mitra teget, tempora docta tua!

*Sic, de honore in Philosophia Summo, Præstantissimo & erudito Domino Candidato, quondam suo modesto, pio, & diligenti discipulo, nunc amico integerrimo æque ac charissimo gratulari voluit ac debuit.*

Petrus Paulus Fekno, ConR. Lycei Torg.

**K**RAUSIUS ingenio docili & constanter amanti  
Mufarum noster præditus usque eluct.  
Cultorem quare tantum nunc laudis eadem  
Palma certatum condecorare student.  
Ipsemet Aonidum pater almus Apollo sororum  
Leucoreus properat necere sarta comæ.  
Sic prodest, gnævum didicisse fideliter artes  
Ingenuas, nec non porro juvabit eum.  
Quem simul & morum commendat gratia cunctis:  
Unde decus magnum conciliatur ei.  
Gratulor ex animo, Sophies, quos sumit honores  
Promeritos, pariter commoda quæque precans.

*Hic exiguæ Per-Eximio DN. Candidato, attamen affectu profertur, etiam supplaudere voluit, debuit.*

Joh. Steph. Hoffmeister/  
SubR., Sch. Torgens.

§ (O) §

Ung. VI 182

FLCN





Honores Summos,  
qvos  
in Philofophia  
Summo cum applaufu,

Vir - Juvenis,

*Scientiarum laude conspicuus,*

**PH. CASPAR  
RAUSIUS,**

*osweina - Misnicus,*

*a Vitembergensium Academia*

*die 16. Octobr. Anno 1705.*  
obtinuit,

Ipsi, ut qvondam  
tam, qvam filio svavisfimo,

Amico integerrimo,  
gratulari voluerunt

olim & nunc

ptores Fideliffimi.



*VITEMBERGAE,*  
*STIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.*

